APPENDIX

AD TABULARIUM

REGIAE AC IMPERIALIS CAPELLAE

DIVI PETRI

IN REGIO PALATIÒ PANHORMITANO

CURIS

NICOLAI BUSCEMI

PANORMI

EX REGIA TYPOGRAPHIA

MDCCCXXXIX

PRAESTANTI VIRO

AUGUSTINO GALLO

NICOLAUS BUSCEMI

S. P. D.

Postquam adempta spes fuit, immature erepto Aloysio Garofalo, mihi amicitia coniunctissimo, et omnibus bonis desideratissimo, PALATINI SACELLI historiam nondum ad umbilicum perductam publici iuris factam videre; unam hanc rem habui praeter alias praecipuam, ne nobilissimum nostrae urbis monumentum sit absque commentario. Verum hoc antequam in lucem proferam, TABULARIUM membranarum seriem continens ad praeclarissimam aedem illustrandam perquam necessarium, quod vir literatissimus historiae, quam parabat, praemiserat, perfectiorem reddere constitui. Hoc opus, ab optimo quoque bonis verbis elatum, ab aliquibus vero ad naseuam exagitatum, naevo, ut in rebus humanis contingit, non caret. Non tamen quia aliquo vitio, *quod humana parum cavit natura*, adlaboret, opus magnae molis, *opere in longo fas est obrepere somnum*, sunt divexandi, qui literis excolendis incumbunt, et de nihilo audacter dicere contumeliam aequum non est.

Equidem Aloysius noster, nisi adversa valetudo, et molestia criticorum detinerent, reformasset, si paullulum quid non emendatum illum fugerat in tabulario edendo. Ipse vero suscepi hanc curam, dedique operam, ut publico commodo eius opus hisce accessionibus a me editis magis inserviret. Cogitavi etiam me tibi et veteribus eius sodalibus, si hoc egissem gratum esse facturum, qui plurimum hominem ob ipsius ingenium eruditionemque diligebant, quorum magna ex parte necessarii mei sunt, reliqui vero propter egregias animi dotes, et ipsi omni amore dignissimi. Neque illud quisquam gravius tulerit, neque aliorsum, atque ego feci, acceperit.

Selectiora diplomata, quae in tabulario desiderantur, vel ex ejusdem sacelli scrineis, vel ex aliis locis minime suspectis, eductis,

formis excudere non piget. Errores vero, quibus edita documenta, vel ex typographorum, aut amanuentium imperitia, vel ex difficili scriptura, aut evanescentibus tabularum literis, sunt respersa, unde perplexe, aut aliter ac sunt, res traduntur, iuxta fidem veterum exemplarium restituere licebit, relictis his, quae quisque legendo facile animo advertat. Aliquando ubi rerum obscuritas non solum auctorem, sed et alios doctissimos viros ita fefellit, ut interturbatam tabularii seriem evaderet, in meliorem ordinem ex chronologico calculo erigere visum est.

Atque hic Petri India, qui editionem tabularii, et ipsum Garofalo maxime fovit, viri amantissimi mei, et a me amore, quo dignus erat, (erat autem dignissimus) prosequuti, pro laude aliqua addere fert occasio. Ex quo enim ab asiatica lue hoc praesidium mihi raptum, tempestates, quae me resque meas obvolvere, tale solvere debitum prohibuerunt, et hominem benemerentissimum, publico commodo sublatum, debito honore fraudaverunt. Cui enim nota non est probitas animi eius, ista aetate, moribusque horum temporum infrequens? cui non saepe audita, vel spectata eius ingenii, mentisque vis? cui non pietas erga D. O. M. quae mirifica in eo vigebat? Quantum autem eos, qui honesta studia, bonasque artes excolebant, faveret, cum et ipse esset literis addictissimus, quis nescit? De summa diligentia, studio, fide, quam in tractandis his, quae illi aliquando fuerant commissa, collocabat, verbum facere non libet, metuo enim, ne dum res narrare velim, conteram, et extenuem. Utinam eius simillimos plurimos haberemus antistites! optime enim ageretur in humanis.

Nunc ad te venio, Augustine carissime; haec enim fortasse numquam edere ausus essem, nisi tua me singularis auctoritas in hanc mentem impulisset. Cur enim tibi non obtemperarem, cuius et subtile iudicium, et non mediocrem doctrinam omnes in ore habent? qui me ita diligis, ut de meis ornamentis et commodis nemo laboret magis? quem omnes boni et eruditi viri, semel allocuti, ob ingenium, probitatem, comitatem tanti faciunt, ut amicitiae tuae nihil anteponant. Sed sit satis: vereor enim, si coram in os te laudem amplius, ne modestiam tuam offendam.

Του δεσποτου και σωτηρος ημων Ιησου Χριστου του Θεου και τουτο προς τοις αλλοις ειποντος, οπου δυο η τρεις εισι συνηγμενοι εις το εμον ονομα, εκει ειμι εν μεσῳ αυτων, ου μικρα τις εφεσις επηλθε τοις προ ημων εις το συνελθειν, και χορον ενα συστησασθαι ιερον, ιν' εκεινον ατισαντες φυλακα, και συνοχεα της ιερας ομηγυρεως. Και επει (2) τουτο παρ' εκεινων τετυπωται και εσπουδασται λιαν συντετηρημενως, και ασφαλως, και δι' εργου επεπραχθη κατα (3) το εξακισχιλιοστον πεντακοσιοστον πεντηκοστον εκτον ετος της τηνικαυτα ανυσθεισης πρωτης ινδικτιωνος· και τομος συνετεθη τα τοτε δοξαντα εχον εν εαυτῳ. εφθη δε υπο του χρονου διαφθαρηναι, και προς αφανισμον τελειον παρ' ουδεν καταντησαι, ινα μη λανθανοντα τα τυπωθεντα τε και γραφεντα ημιν τε, και τοις μεθ' ημας εσονται, καινισαι τουτον ημεις δειν ωηθημεν, και τοις μετα ταυτα παραδουναι εις μνημην, και φυλακην, και συντηρησιν, ως οιον τε προς την του καλου μονιμοτητα. Διο δη και τον παροντα συνθεντες τομον, και ταις οικειαις ημων υπογραφαις τουτον κατασφαλισαντες εν τῳ ονοματι του Πατρος, και του Υιου, και του αγιου Πνευματος, της μιας και ασυγχυτου, και βασιλικης αρχης τυπουμεν. ως αν υπαρξωμεν εν ταις θει-

Domino, et Salvatore nostro inter caetera et hoc dicente: ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum; non parvum desiderium supervenit his, qui ante nos *fuerunt*, convenire, et chorum unum constituere sacrum, ad illum efficiendum custodiam, et coniunctionem sacri coetus. Quamquam hoc ab illis factum est, et summa diligentia conservatum, et integre, et cum laboro finitum anno sexmillesimo quingentesimo quinquagesimo sexto prima indictione tunc peracta: et charta facta est in se continens, quae tunc statuta sunt. Accidit autem hanc prae tempore corrumpi, et nulli obviam esse propter omnimodam evanescentiam: ne quaa obsignata et conscripta fuerant, obliviscantur nobis, et his qui post nos erunt, renovare hanc nos debere putavimos, et his post haec prodere in memoriam, et custodiam, et conservationem, ut possibile est ad boni stabilitatem. Quamobrem praesentem constituentes chartam, et nostris propriis subscriptionibus ipsam confirmantes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, unius, et distincti, et regii prin-

(1) Celeberrimum hoc diploma, et historiae ecclesiae siculae perquam utile iterum edere visum est, quae rursus cum originalibus membranis collato nonnullas lacunas explere contigit, et aliqua loca restituere ad fidem veteris scripturae. Versionem etiam aliquando emendare oportuit propter errores, quibus ex restitutis locis vetus scatebat, et ambiguitates, quae passim in illa vetere cum imperitorum hominum, vel negligentiorum damno [illegible] fuit. Annum vero, quem apponere Gardalo nostro visum est, retinere placuit. Nam quae contra critici eius protulerunt, nullius momenti credimus. Fuit hoc diploma, quis neget? post multos annos renovatum, ut fratres sodalitii fatentur, et fortasse integro seculo abest a detrito illo, quod in textu commemoratur. Quid ex hoc? Facile apparet ei, qui a longe aliquando veteres chartas vidit, parum delinitus institutionibus diplomaticis, hoc documentum seculo xii dimidiato exaratum fuisse, et iconam virginis, in eo pictam, haud longe distare a musivis picturis in templis nostris illius aevi adhuc extantibus. Unde ad hoc neque verbum adiiciam. Sed cum de re aliqua dubitatur, semper cassianum illud cui bono animo advertendum est. Quid intererat fratribus, si eorum sodalitium ante annos LXXX. vel C. dicatur constitutum? Nundum Piccolo, ejusque sociis enatis, qui in meridiana luce caecutiunt, contingere quid opus erat scripturam, quam tum mendacii arguere facillimum erat? Forsan ut post octingentos annos nos deciperent? Non esset maximae dementiae contra receptas, et exploratas res aliquid moliri, ut vigesimum aut trigesimum annum adderent eorum sodalitio? Haec sine risu excipere quis potest? Ex hisce facile consequitur, aut hoc documentum xii seculi esse, quo pertinet membrana, synchronis testimoniis suffultum, aut xi, cuius authoritas nullo potest argumento infirmari. In reliquis notis, difficultates, quae de eius genuina fide dubium inferre videbantur, non modo dissolvuntur, sed ad confirmandam ejus veritatem urgentur. Hoc diploma in inventario anni 1309 his verbis designatur: *Item privilegium unum habens figuram Virginis Marie in carta membrana de litera greca.*

(2) επι lectum e Pasqualino, Murso et Garofalo, sed in membrana originali habetur επει.

(3) κατα a claris. Pasqualino huius diplomatis primo

αις και ιεραις δοξολογιαις τη πανσεπτω και θεια εικονι της υπεραγνου δεσποινης ημων θεοτοκου, και αειπαρθενου Μαριας, της και την στασιν εχουσης εν τω ναω του πανενδοξου, και αρχιστρατηγου Μιχαηλ του τιμωμενου εν τη των ναυπακτιτισσων μονη (4) κατα την του γυρου γειτονιαν. προ μεν αλλου παντος κοινως απαντες απαξ εκαστου μηνος εν τη εκκλησια της στασεως ετυχεν: εκειθεν δε μεθ' ιερων υμνων ταυτην λαμβανοντες απαγωμεν, οπου αν ετοιμαση εις εξ ημων την μηνιαιαν στασιν αυτης, εκειθεν δε παλιν προς ετεραν οπου ο ετερος, και καθεξεις τροχιαιως εως αν η ολη αδελφοτης εκμετρηθη: την πασαν υπηρεσιαν ποιουντος εκαστου ημων εν τη αυτη αγια εικονι κατα (5) το ολον μηνιαιον διαστημα. επιτελουμενης και της θειας μυσταγωγιας εν ταις εβδοματικαις περιοδοις, κατα τετραδα τε και παρασκευην, μνειαν ποιωμεν ημεις των ορθοδοξων ημων Βασιλεων (6), αγιωτατου πατριαρχου (7), του ιερωτατου μητροπολιτου (8) ημων, του πανοσιου εκεινου μο-

cipatus obsignamus. Ut inserviamus in divinis et sacris glorificationibus venerabili, et divinae imagini supremae dominae nostrae deiparae, et semper virginis Mariae, quae habet stationem in templo gloriosissimi Principis exercituum Michaelis onorati in monasterio Naupactitessarum inter vicinia Gyrii. Ante alia omnia equidem convenire oportet omnes semel unoquoque mense in ecclesia stationis tempore; illinc cum sacris hymnis ipsam capientes abducamus, ubi unus ex nostris paraverit menstruam stationem eius: illinc autem rursus ad aliam, ubi alter *paraverit stationem*, et sic per circulum, usquedum universa fraternitas dementiatur: omne ministerium faciente unoquoque nostrum in ipsa sancta imagine per totum mensile spatium. Expleta divina mystagoge in hebdomadarum periodis, per quartam, et sextam feriam nos mentionem faciemus

interprete translatum fuit bona fide *circa*: hoc fefellit rei ignaros, qui graeca verba aut non videntes, aut videre nescientes, indeterminatum tempus credidere hoc in loco consignari. At non est lexicon, ubi κατα, quando tempus significat, de certo tempore non vertitur: sic in CONSTAT LEX. κατ' ημας εγενετο *nostris diebus fuit*. Soph. HENR. STEPH. LEX. T. II, pag. 87, κατ' ημας χρονος οσιος nostra, κατα τους πατερας *patrum memoria*. Exempla vero nostrorum diplomatum quamplurima afferre possem. Satis sint duo Capellae nostrae instrumenta, primam in TABUL. editum n. XIII, an. 1172 incipit: κατα τον οκτωβριον μηνα της ενισταμενης ινδικτιωνος ς. vertit Morso: *Mense octobris praesentis indictionis sextae*. Secundum ineditum dabimus integra infra an. 1236. Vide notam 5. 13. 14. huius dipl.

(4) Nescio quo pacto vocem μονην Pasqualinus vertit *regionem*, cum *monasterium* passim ex mille documentis significare constet. Error fuit a Morso notatus, non autem illum emendare ausus est claris. vir.

(5) En rursus κατα cum accusativo tempus significans. Idem Pasqualinus vertit *secundum* non *iuxta*.

(6) Titulum Βασιλεως constantinopolitano imperatori tantum tribus his temporibus, nempe seculo XI vel XII, nemo est, qui nescit. Nos in alio nostro opusculo Rogerio regi, qui ρηξ vocari consueverat, aliquando adulatorie tribui demonstravimus: Byzantini tale facinus nunquam passi. Pseudo-critici nostri graecum verbum non animadvertes, quia Pasqualinus vocem illam *regum* vertit, ansam sumpsere negandi fidem instrumento, dicentes seculo XI in Sicilia regem nullum esse. Sed fortasse nunc dicent: quomodo pro constantinopolitano imperatore preces fundebant nostri, si tunc Saracenis parebant? Nota res est lippis et tonsoribus, graecos, qui sub Saracenorum dictione erant, dominationem illorum minime habuisse legitimam, et semper imperio adhesisse. En ut rem enarrat Ab. Berault Bercastell T. IX HIST. ECCL. p. 337. *La nuova Roma* (Costantinopoli) *non dava più la legge che alla Grecia e ad alcune provincie dell'Asia conservate o riconquistate dagli ultimi imperatori: ma però era sempre signora del cuore dei popoli nel resto dell'Oriente, che aveva fatto parte dell'impero romano. Da quel lungo spazio di tempo, in cui essi erano sudditi degli Arabi, non avevan mai potuto vedere in essi, che usurpatori odiosi e tirannici oppressori, a cui si facevano in dovere di preferire i sovrani di Costantinopoli, cui sempre riguardavano come i legittimi loro padroni.* Ex mille unum tantum exemplum nunc proferam. Cum Joannes vulgo Damascenus, quia Damasci natus, domo vero Jerosolymis, contra Leonem Isauricum divinarum imaginum sacrilegum osorem pugnaret, utraque urbs a multis retro annis Saracenis parebat; ipse autem in iis quae ad civilem statum pertinebant, se subditum imperatori profitetur, quamvis haeretico. En eius verba ex ORAT. SECUNDA DE SACRIS IMAG. circa medium: Υπεικομεν σοι, ω Βασιλευ, εν τοις κατα τον βιον πραγμασι, φοροις, τελεσι, δοσοληψιαις, εν οις σοι τα καθ' ημας εγκεχειρισται. *Subiicimus tibi, o imperator, in his rebus quae ad vitam pertinent, tributis, vectigalibus, emolumentis, in quibus tibi concreduntur, quae apud nos sunt.* Quae verba referens clarissimus Fleurius addit: *Les Chrétiens d'Orient regardoient encore les empereurs de C. P. comme leurs princes legitimes.*

(7) Intellige patriarcham Constantinop. cui tunc Sicilia subdebatur in sacris.

(8) Etiam anno domini MLXXII, quo Panhormum

ναχου και ηγεμενου (10) των Στειρου (11) κυρου Θεοδωρου του Λεοναχ. (12), του περιοντος της αυτης μονης των ηγεμενευσαν εν τη των ναυπακτιτισσων μονη, της ολης ημων αδελφοτητος, των τε περι ντων, και των προπαρελθοντων, και παντος του χριστιανικου πληρωματος. ταυτ' ουν τετυπωται γινεσθαι παρ' ημων, κατ' (13) αυτην την εισβολην της πρωτης ημερας εκαστου μηνος. ει δε τε χειμων τις σφοδρος επεισφησας την λειτουργιαν εμποδισει, την μετ' εκεινην ημεραν, η την μετ' αυτην, η την εφεξης, ιν' εκπληρωμεν το λειτουργημα. Και μην και απαξ του ενιαυτου, τελειν οφειλομεν την θειαν, και αναιμακτον μυσταγωγιαν, ενθα αν παρ' ημων τυπωθειη, υπερευχομενοι αλληλων και παντων κοινως, ως προλελεκται, πασαν σεμνοπρεπειαν εχοντες, και χριστιανοις αρμοδιον πολιτειαν και καταστασιν. Αλλ' επει εκ των ομοιων, και τα ομοια τεκμαιρεσθαι δει, ο της πολιτειας λογος διαρρηδην βοα, ει συμβη των αδελφων ημων εν φθονω του τα της σωτηριας ημων βασκαινοντος, αρχαιου εχθρου και αποστατου δαιμονος σκανδαλισθηναι (ωσπερ ορωμεν τουτο γινομενον εν πολλοις) η κατα τα ετερου προξυνεσθαι, η και απορραγηναι της ιερας ημων αδελφοτητος, τα του κυριακου λογου, διαπραττομεθα εν αυτω, ιδια τε τουτον νουθετουντες και δημοσια, και επι της εκκλησιας αυτης. και ει ευδοκια του αγαθου θεου ημων της κακιστης εκεινης, οποια αν και ειη αποσταιη, διαγωγης, των μελων και μερων αυθις εσεται της θειοτατης συναυλιας ημων, ωσπερ το ανεπαλιν. Τω δε περιπεσοντι νοσω τινι σωματος αδελφω ημων, συναθροιζομενων ημων παντων, ευχη γινεσθω εις απαλλαγην του οχλαντος αυτω νοσηματος. αλλα και περι του την ζωην καταλελοιποτος αδελφου ημων, και μεταχωρησαντος προς τα εκειθεν μονηματε, και αθανατα, συναθροιζομενων ημων περι την εκφοραν του λειψανου αυτου, τας ειωθειας δοξολογιας επιτελωμεν μεθ' ημετερων ωδων. ει

orthodoxorum nostrorum imperatorum sanctissimi patriarchae, sacratissimi metropolitae nostri, omnino sancti illius monachi et egumeni eorum, qui sunt in Stirin, domini Theodori filii Leonachi superioris ipsius monasterii, degentium in monasterio Naupactitessarum, totius nostrae fraternitatis, vivorumque simul, et mortuorum, et totius christianae plenitudinis. Haec igitur statutum est fieri a nobis per ipsum ingressum primi diei uniuscuiusque mensis. Sin autem procella aliqua vehemens superingressa publicum ministerium impediat, subsequentem diem, aut aliam post eam, aut aliam deinceps eligere debemus, ut publicum ministerium tandem expleamus. Quin etiam semel in anno celebrare debemus divinam, et incruentam sacrorum actionem, ubi a nobis statutum fuerit, orantes invicem pro nobis, et pro omnibus communiter, ut supra dictum est, omnem dignam morum gravitatem praeferentes, et aptam Christianorum vitae rationem, et institutum. Sed quum ex similibus, et similia coniicere oportet, evangelicus sermo aperte clamat: si contingat fratrum nostrorum aliquem livore antiqui hostis, et desertoris daemonis ea, quae ad nostram salutem pertinent invidentis, scandalizari, (quemadmodum cernimus hoc fieri in multis) sive adversus alium se praeferre, aut expellendum fore a sacra nostra fraternitate; ea quae dominici sunt sermonis exequentes in eo, secreto hunc corripiamus, et publice, et in ecclesia ipsa. At si benevolentia boni Dei nostri a pessima illa, qualiscumque ea sit, revertatur vitae ratione, in membris rursus, et partibus sit divinissimae nostrae congregationis, ut viceversa si non resipiscat. Verum si aliquis noster frater in morbum inci-

habuere Nortmanni, archiepiscopus ibi inventus est. Piccolus tantum testimonium synchroni Malaterrae ausus est contradicere historiae fundamentis ruinam minitans. Huius praeposteras rationes sequuti pseudo critici nostri nullum non moverunt lapidem, ut civillando pyrronismum historicum inducerent, qua peste nil peius.

(9) Propter literarum difficultatem hoc verbum praetermiserunt, qui ante me hoc diploma edidere.

(10) Idest *abbatis*: ex mille documentis.

(11) Etiam hoc verbum praetermisit Pasqualinus et alii diplomatis editores; nobis monentibus Garofalo addidit, sed nihil de eo in versione. *Stirius* erat templum archangeli Michaelis in urbe constantinopolitana. Vide *Anon. Antiquit. Constant.* L. II. apud Bandur.

(12) Ita legitur in originali membrana.

(13) Nota rursus κατα non significare tempus indeterminatum.

και τουτο δρησειν και ετι διαμνημονευοντες αυτου εσομεθα κατα (14) την επικρατησασαν παρα τοις χριστιανοις συνηθειαν κατα (14) τε τριτην, εννατην, και τεσσαρακοστην ημεραν της τουτου ταφης, και κατα (14) τας ενιαυσιαιας μνημας αυτου. και ταυτα ποιουντες, και υπερ της εκαστου εταιρου ημων σωτηριας φροντιζοντες, παση σπουδη και προθυμια, το ιερον ημων συνταγμα ας ημεραι αυξανεσθαι τε, και πληθυνεσθαι, και υπερ τας κεδρους, ως ειπειν, του λιβανου επεκτεινεσθαι, δι' εργων σπουδαζωμεν, οπως και των ανθρωπων επαινον ληψωμεθα, και την προ Θεου πολυπλασιον ανταποδοσιν ου μονον ενταυθα, αλλα πολλω δε πιο και πλειον, κατα (14) την τελευταιαν, και μονην εκεινην των πρακτεων ανταπομετρησιν. ο δε Θεος της ειρηνης ο τα αμφοτερα καταλλαξας, και εαυτω ενωσας ημας δια σπλαγχνα ελεος της αυτου αγαθοτητος, ειη διαφυλαττων την ιεραν ημων αδελφοτητα, και παν ζιζανιον εξ ημων εκκαθαιρων οδηγων ημας εν παντι εργω αγαθω παρ' ολην ημων την ζωην, ευχαις και ικεσιαις της υπεραγνου μητρος αυτου και παντων αγιων των ευαρεστησαντων αυτω, ω η δοξα και η τιμη εις τους αιωνας των αιωνων. Αμην (15).

derit corporis, tum congregatis nobis omnibus, oratio fiat pro liberatione molestantis morbi. At si frater noster ab hac vita decesserit, et ad illas aeternas transierit mansiones, congregati nos circa feretrum cadaveris ipsius assuetas recitationes persolvamus cum nostris ceteris: quod quamvis hue fiat, adhuc tamen memores ipsius erimus, iuxta inveteratam apud Christianos consuetudinem, in tertio, nono, et quadragesimo die post ejus sepulturam, et anniversariis commemorationibus ipsius. Et haec facientes et pro uniuscuiusque sodalis nostri salute curam gerentes omni studio, et alacritate sacras nostras constitutiones in dies augeri, implerique, et super cedros, ut ajunt, Libani excrescere operibus studeamus, ut hominum laudem consequamur, et a Deo multiplicem retributionem non solum hic, sed multo magis amplius in finali et sola illa operationum superabundante remensuratione. Deus autem pacis, qui utraque conciliavit, et sibi ipsi nos univit, per viscera misericordiae eius bonitatis sit conservans sacram nostram fraternitatem, et omne zizania a nobis expurgans, dirigens nos in omne opus bonum per totam nostram vitam, precibus, et supplicationibus purissimae Matris ejus, et omnium sanctorum complacentium ipsi, cui gloria, et honor in saecula saeculorum. Amen.

† Διονυσιος μοναχος ο ιερευς της μονης του Στηριου ομολογω ειναι δουλος της υπεραγιας Θεοτοκου της Ναυπακτιτισσης.

† Ιωαννης ευτελης μοναχος και πρεσβυτερος αγιοφορικων ομολογω ειναι δουλος της υπεραγιας Θεοτοκου της Ναυπακτιτισσης †.

† Ματθαιος πρεσβυτερος ο καλοπραγμος ομολογουν και δουλος της υπεραγιας θεοτοκου της Ναυπακτιτισσης †.

† Χριστοφορος ο Κοψηνος ομολογω και αυτος δουλος ειναι, ει και αναξιος, της υπεραγιας θεοτοκου της Ναυπακτιτισσης, ης ο παρων τομος εστιν.

† Dionysius monachus sacerdos monasterii Stirii profiteor esse servus sanctissimae Deiparae Naupactitessae.

† Joannes humilis monachus, et presbyter sacriferorum profiteor esse servus SS. Deiparae Naupactitessae †.

† Matthaeus presbyter beneoperans profitebar et servus sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Christophorus Copsenus profiteor et ipse servus esse, etsi indignus, sanctissimae Deiparae Naupactitessae, cuius est praesens charta.

(14) Nota hoc loco κατα cum acc. primo verti *iuxta* vel *secundum*, sed cum tempus significat, κατα τριτην..... ημεραν verti *in tertio die* etc.

(15) Placuit subscriptiones iuxta originale instrumentum, vitiosa orthografia, restituere. Nonnullas et his lacunas expletas etiam notabis.

† Θωμας ιερευς ο Καλπιερης ομολογω τȣ υνε· δουλος της υϖεραγιας θεοτοκου της νεϖακτιτησσης †·

† Μιχαηλ ιερευς ο Βλαΐας ομολογω του ειναι με δουλον της υϖεραγιας θεοτοκου της νεπακτιτησης †·

† Μιχαηλ ιερευς ο σακας ομολογω του ηνε με δουλος της υϖεραγιας θεοτοκου της νεϖακτητισσις †·

† Γεωργιος ιερευς ο μαλασιρο ομολογω του ειναι με δουλος της υϖεραγιας θεοτοκου της ναυϖακτιτησσης ††.

† Σωτηριχος ιερευς ο κοϖαδρος ομολογω του ειναι μαι δουλον της υϖεραγιας θεοτοκου της νεπακτιτησσης †·

† Θεοφυλακτος ιερευς ο Καλετης ομολογω του ιναι μαι δουλος της υϖεραγιας θεοτοκου της νεπακτιτησσης †.

† Γρηγοριος ο ετελλος ιερευς ο σακας ομολογω τȣ ειναι με δȣλον της υϖεραγιας θεοτοκȣ της νεϖακτιτησσης †·

† Γρηγοριος ιερευς ο καλανδρος ομολογω ειναι με δȣλος της υϖεραγιας θεοτοκȣ της νεϖακτιτησσης †·

† Κονσταντινος ιερευς ο μανης ομολογω τȣ ειναι με δουλον της υπεραγιας θεοτοκου της νεϖακτιτησσης †·

† Γρηγοριος δουλος ιερειος Βλατας ομολογω τȣ ειναι με δουλον της υπεραγιας θεοτοκου της νεϖακτιτησσης ††.

Σιγνον | Ρογεριȣ
τȣ να | υαινα

† Μελετιος μοναχος και αμαρτολος ομολογω δȣλον ειναι με της υϖεραγιας θεοτοκȣ της ναυϖακτιτησσης †·

σιγνον | Θεοδωρȣ
τȣ κα | ρυσΐȣ

σιγνον | Ανδρεȣ
τȣ | αχαΐȣ

σιγνον | ιωαννȣ
τȣ | μαυ.....

σιγνον | Κονσΐαντινȣ
τȣ | Σαϖωλε

σιγνον | εκτ.....
μονα | χος

σιγνον | Αδελφιȣ
τȣ | Κουτρωλȣ

σιγνον | Δαμιανȣ
τȣ | μαλοβατȣ

σιγνον | Γρηγωριȣ
του | χωλιξιȣ

σιγνον | Λεοντος
τȣ | Χαγυσȣ

σιγνον | Μαρτινȣ
τȣ | Δεκαν

† Thomas sacerdos Calpieris profiteor esse servos sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Michael sacerdos Blatas profiteor esse me servum sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Michael sacerdos Sacas profiteor esse me servus sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Georgius sacerdos Malasiro profiteor esse me servus Sanctissimae Deiparae Naupactitessae ††.

† Soterichus sacerdos Copadrus profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Theophylactus sacerdos Caletis profiteor esse me servus Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Gregorius Etellus sacerdos Sacas profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Gregorius sacerdos Calandrus profiteor esse me servus Sanctissimae Deiparae Naupactitessae ††.

† Constantinus sacerdos Manis profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae ††.

† Gregorius servus sacerdos Blatas profiteor esse me servum Sactissimae Deiparae Naupactitessae ††.

Signum | Rogerii
de Na | naina

† Meletius monachus et peccator profiteor servum esse me Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

signum | Theodori
de Ca | rystio

signum | Andreae
de | Achato

signum | Joannis
de | Mau...

signum | Constantini
de | Sapole

signum | Ect....
Mona | chus

signum | Adelphii
de | Cuitrolo

signum | Damiani
de | Malobato

signum | Gregorii
de | Cholixio

signum | Leonis
de | Chagyse

signum | Martini
de | Decan

σιγνον | Λεοντος
τȣ | περιματονος

σιγνον | Στεφανȣ
το | Κορινθιȣ

† Νικολαος αναγνωστης ο Πετρȣ τακα και αυτ. υπ.

σιγνον Μαρ | σαμαιȣ
Θεοδωρȣ | τȣ καματ.

σιγνον | Μαριας
της τȣ | Μαρ...δρ.

σι | γνον
Γεωργιȣ | σαγμ.τȣ

σιγνον | νικολαου
τȣ | Δεκ..

σι | γνον
ειρηνιȣ | τȣ σκαρδονȣ

σι | γνο
μοχ.. | στυφηγελλιτη

† Νικολαος ιερευς Κυστȣ.... ομολογω τȣ ειναι με δȣλον της υπεραγιας θεοτοκȣ της ναυπακτιτησσης †.

† Μανȣηλ ο νυπελ..... ιερευς ικοντος ομολογω τȣ ειναι με δȣλον της υπεραγιας θεοτοκȣ της ναυπακτιτησσις †.

σιγνον | Λεοντος
το | αγεμιȣ

σιγνον | Νικολαȣ
τȣ | γιδȣ

σιγνον | αχιλλεως
τȣ | ευριπιτȣ

σι | γνον
Νικητου τȣ | αδριανοπολιτȣ

† Ιωαννης ιερευς ο μαλοσειρος ομολογω τȣ ειναι δȣλος της υπεραγιας θεοτοκȣ της ναυπακτιτησης τȣ ενδȣλευειν αυτη καθως ανωτερω ειρηται †††.

σι | γνον
Μιχαηλ | τȣ κριμ..λ..

σι | γνον
Ρο..ετ.. | τȣ κȣκȣμαρα

σιγνον | Ελπιδιȣ
τȣ | Ρω..τρ..

† Ιωαννης αναγνωστης ιερευς ο Βλ... ομολογω ειναι με δȣλον της υπεραγιας θεοτοκȣ της ναυπακτιτησσης †.

σιγνον | Νικολαȣ
τȣ ανα | τολικȣ

σι | γναν
Νικο | λαȣ του μαυριτανȣ

σιγνον | Ευσταθιȣ
τȣ | ....

...... | ......
...... | ......

signum | Leonis
de Peri | matooe

signum | Stephaoi
de Corin | thiio

† Nicolaus lector filius Petri Taca et ipse me subscripsi

signom Mar | samaoi
Theodori | de Camat

signom | Mariae
filiaede | Mar..dr.

sig | oum
Georgii | Sagm.ti

sigoum | Ni....i
de | Dec....

si | goom
Ireoii | Scardoni

si | gnum
Moch... | Stufigelliti

† Nicolaus sacerdos Custu profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

† Maouel Nipol....... sacerdos Icontis profiteor esse servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

signum | Leoois
de | Aoemio

signum | Nicolai
de | Gido

signum | Achillis
de Euri | pito

si | gnum
Nicetae | Adrianopolitae

† Joannes sacerdosMalosirus profiteor esse servus Saoctissimae Deiparae Naupactitessae ad serviendum ipsi, ut supra dictum est †††.

sig | num
Michaelis | de Crim...l...

si | goum
Ro...et. | de Cucomara

sigoum | Elpidii
de | Ro...tr...

† Joannes lector sacerdos o Bl... profiteor esse me servum Sanctissimae Deiparae Naupactitessae †.

signum | Nicolai
de ana | tolico

si | gnum
Nicolai | de Mauritano

signum | Eustathii
de | .....

.... | ....
.... | ....

Dipl. III. an. 1138. *p.* 8.

1 † Ego Henris electus Messine veodidi domum Jobi notario pro qugenti tarenis.	† Ego Henricus Messine electus vendidi domum Leoni notario pro quingentis tarenis.
11 οιχς..... ερ..... στασεως	οιας ου υπερστασεως
24 περιορεζεται	..... θετιτε (sic)
29 ομυμαι	οικειουμαι
32 και....σι	και πασι
46 † Ego Ba..... Canonicus	† Ego Baldus Canonicus
46 † Ego tethos testis sum	† Ego Tetbertus testis sum
47 † Ego Johes Gravenas testis sum	† Ego Jobs Ravenas testis sum

Dipl. IV. an. 1139. *p.* 10 (1).

Ωσπερ η του ηλιυ ανατολη· και τοις εγγυς και τοις πορρω· των οικειων ακτινων την ελλαμψιν επιδαψιλευεται, ατω δη και η Θεοπροβλητος ημων βασιλεια· επιβραβευειν οιδε· τα γερα, και τας τιμας αναλογως της εκαστου ευγνωμονος και πιστης δουλωσυνης. Διω δη και σε Χριστοδουλον τον Αμηραν· τιμα η εκ Θεου βασιλεια ημων δια της παρουσης ευσεβης κελευσιως(2) τω μεγαλεπιφανεστατω των ανωβελισσιμων αξιωματι· του ειναι σε εις τον ανωβελισσιματον, και συντιμασθαι τοις ουτω τειμηθεισι και της βασιλειας ημων υπερευχεσθαι· †

μηνι Απριλλιω ινδ. Β. †·

απεγραφθη μηνι Απριλλ. ινδ. Β. απο της Θεοφυτιος [αρλΘ.]

Olim ad calcem fortasse

Ρογεριος εν Χριστω τω Θεω ευσεβης κρατaιος ριξ και των χριστιανων βοηθος.

E. Ρογεριος εν Χριστω Βασιλευς.

P. M. B. (*forte*) Ρογεριος Μεγας Βασιλευς.

A tergo

Αξιωματος πιττακ... εκ του φιλοχριστου δεσποτυ προς Χριστοδυλον τον Αμιραν ανωβελισιματου.

Quemadmodum solis ortus et his qui prope et his qui longe *sunt* suorum radiorum claritatem elargitur; ita sane et imperium nostrum a Deo promotum ministrare novit dignitates et honores pro ratione uniuscuiusque gratae et fidelis servitutis. Itaque et te Christodulum amiram honorat imperium nostrum a Deo per praesentem pium iussum magnosplendidissima protonobilissimorum dignitate, ut sis tu in protonobilissimatu, et cohonoreris cum his ita honoratis, et preceris pro imperio nostro.

Mense aprili indict. secundae.

Scriptum mense aprili ind. sec. anno a Dei nativitate 1139.

Rogerius in Christo pius potens rex et Christianorum adiutor.

Ego Rogerius in Christo imperator(3).

Rogerius Magnus imperator

Album dignitatis protonobilissimatus a Christi-amante despota in Christodulum Amiram *latae*.

(1) Hoc diploma propter singularem scripturam a ceteris. Montfauconio in *Palaeogr. Graeca* chalcographorum arte ad picturam expressum non parum nostrae historiae illustrandae inservit. Quoniam pleraque loca, haud parvi facienda, e vestigio veterrimae charte restituere, et lacunas nonnullas explere contigit, rursus totum excudere instrumentum, cum versione magis textui accedente, placuit. In inventario an. 1309, videtur ite designatum: *Item privilegium unum de carta tincta conscriptum de litera aurea greca de trito murice et cocto concilio.*

(2) In originali charte tantam literas κε clare videre fas est, quas Montfauconius κερυβουλλως legit, quoniam nil melius ei succurrebat. Cum vero in hoc verbo secunda litera absit, κελευσεως mihi legere visum est: haec vox enim, quae habet literas κε, in diplomate anni 1110 a me edita in *Bibl. Eccl.* T. 1, p. 116 pro *iussu*, sive instrumento mandati regii accipitur.

(3) Haec subscriptio, quam Montfauconius propria manu exaratam Rogerii credidit, ita implexis signis est scripta, ut in explicandis postremis se deceperit. doctiss. vir. Vide, quae nobis monentibus scripsit clarissimus Dux Serradefalco in opere nuper edito DEL DUOMO DI MONREALE ecc. p. 27 et sequ. circa huius loci interpretationem, et de titulo Βασιλευς Rogerio regi tributum. Vide etiam nostrum comment. DE TROPH. CER.

Dipl. VII. an. 1145. p. 18.

lin. 5 ternariis	terrariis

Dipl. IX. an. 1146. p. 20.

L. 3.	Τεοδωρου	Θεοδωρου
L. 4, 5 et 7.	του Αμηραδος	τω Αμηρ
L. 11 et 55.	εγγραφην	εγγραφον
L. 12.	ενυπογραφην	ενυπογραφον
L. 14.	δηλωθησομενον	δηλωθησομενου
L. 19.	Μαυχαιρες	Μαυχαιριες
L. 20.	Γελαχου	Γελαψου
L. 49.	μνημονευθεντως	μνημονευθεντος
L. 71.	ουτως	ουτως δε
L. 74.	δυναμεθα	δυνε ......
L. 79.	Βασιλικον βεοτιον	Βασιλικον βετιρ
L. 86.	της	της ρ .... νης
L. 89 et 92.	Βασιλιου	Βασιλειου
L. 98.	ο ευτηλης Αχγειλος	ο ευτελης μοναχος Νειλος (1)
L. 103.	Βαρα.....	Βορκου
L. 111.	Αδρεας..... ο αρχων	Ανδρεας ο αρχων εκητωρ (2)

(1) Ex hac subscriptione detegitur vera ratio scribendi nomen (doctis antea incerta) celeberrimi viri Nili Doxapatris, qui Rugerio regi suum opus *de septem thronis patriarchalibus* dicavit; et anno 1146 Panhormi degisse, et monasticam vitam amplexisse.

(2) A tergo huius diplomatis legere mihi contigit epitaphia celeberrimi Georgii ammirati, eius matris Nymphae et uxoris Irenes. Propter literarum evanescentiam et scripturae rationem plurimum insudavi antequam ad rectam epigrammatum expositionem devenirem. Viri docti, qui ante me hanc membranam vel exscribere vel edere aggressi sunt, difficultatibus deterriti, aut inceptum opus ad umbilicum perducere spem omnem rejecerunt; aut rem numquam tentarunt. Forma literarum saeculi XII, et liturae quae non semel occurrunt, demonstrant, ni fallor, auctorem ipsum conscripsisse primum in membrana nostra tria illa epitaphia. Nos ordine quo in autographo sunt, ea exponemus. Primum obtinet locum illud Nymphae, olim in ecclesia s. Philippi, quae extabat, ubi nunc domus Professa Soc. Jesu est, marmore conscriptum, et e schedis Alfonsi Roisii a Gualthero editum. Innumeris erroribus castigatis, et aliquando integris verbis restitutis, in meliorem formam nunc prodit cum nova versione. Secundo occurrit Georgii epitaphium, quod e schedis meis clariss. Dux Serradefalco nuper in lucem emisit, a me italice ad verbum redditum, nunc vero rursus in latinam linguam versum publici iuris facimus. Tertio venit epigramma sepulchro Nymphae impositum, cuius pars edidit idem Gualtherus ex marmore olim in Marturanensis templi pavimento condito; nunc integrius prodit, multis erroribus, quibus editi versus scatebant, emendatis, et noviter addita latina interpretatione.

Την ευτυχως τεκουσαν ανδρα γενναδα
Γεωργιον πρωτιστον αρχοντων ολων,
Σεμνην, μοναχην, ευσεβη, θεοδουλην
Ο λιθος ουτος συγκαλυπτει τω ταφω,
Θανουσαν εν γηραϊ τω βαθυτατω.
Ο δε Ιανουαριος ειχεν ημεραν
Την εσχατην τε και τελευταιαν μονην,
Ινδικτιον δ' υπηρχεν η τριτη τοτε:
Ετους διαπρευοντος ακριβεστατως

Feliciter parientem virum illustrem
Georgium primum principium omnium,
Castam, solitariam, piam, dei servam
Lapis hic cooperit tumulo
Morientem in senectute profundissima.
Januarius autem habebat diem
Ultimam et extremam solam,
Indictio vero tertia tunc agebatur.
Anno equitaole accuratissime

Παραδραμουσων χιλιαδων εξαδων, (1)
Ετων συν αυτοις εξακοσιων ολων,
Τεσσαρακοστου συν ογδοαδι παλιν:
Και χους (2) μεν αυτην ενθαδε κρυπτει ταφος.
Την δε ψυχην φερουσιν αγγελων χειρες,
Νυμφην αμωμον αξιαν τω δεσποτη,
Τω νυμφαγωγω και καθαρω νυμφιω.
Και νυν χορευειν (3) νυμφικως εσταλμενη,
Των αρετων τον πεπλον ημφιεσμενη,
Και τον θειων ακτινων πεπλησμενη,
Και τοις καλλοις απασιν ωραϊσμενη:
Ως δ' ευπροσιτος πρεσβις υπερ των τεκνων
Αιτας προσαγει τω θεω παρρησιων (4)

Transactis millibus senariis,
Annis cum ipsis sexcentis totis,
Quadragesimo cum octonario rursus:
Et pulveris quidem ipsam hic tegit tumulus.
Animam autem gestant angelorum manus,
Sponsam immaculatam dignam Domino,
Nymphagogo et puro sponso.
Et nunc exultat nuptialiter succincta,
Virtutum peplum induta,
Et divinorum radiorum plena,
Et bonis omnibus ornata:
Ut vero bene-accendens legatus pro filiis
Preces movet Deo liberis-sermonibus.

(1) Apud Gualtherum
παραδραμουσης χιλιαδων εξαδος
Transacto millium senario.

(2) In Gualthero legitur *χουν μεν αυτης*: *pulverem quidem ipsius.* χους propie est materies, ex qua homofactus est. In Constitut. Regni Sicil. *l.* 1. *proem.* de homine legitur *εκ χοος ληφθεντα*, latine *de limo terrae transumptum.*

(3) Sic in diplumate, Gualtherus legit: *χορευων.*

(4) Παρρησια habet Gualtherus.

Ετερον εις ταφον του αμηρου Γεωργιου

Και τις τοσουτον σκληροτατος την φυσιν
Περι ψυχραν τα σπλαγχνα χαλκευσας φλογα,
Ως μεν λιβαδας εκκενωση δακρυων
Εν τη τοσαυτη συμφορας περιστασει?
Ο πανυπερσεβαστος (1) εκ της αξιας,
Ο ταγματαρχης γης, ο λαμπρος φωσφορος,
Το σεπτον ενφυτευμα της Αντιοχου,
Το τερπνον αγλαϊσμα των Εσπεριων,
Γεωργιος το θαυμα της οικουμενης,
Φως προλαμψας χριστιανων τω γενει,
Πρηστηρ ο φλεξας βαρβαρων πλειστας πολεις
Γης και θαλασσης εγκατασχων το κρατος
Ωσπερ κεραυνος εκτεφρων εν ανδρια,
Λιμην ο κοινος των περιστατουμενων,
Δικαιοσυνης αρρεπης ζυγοστατης,
Πασιν υπαρχων αφθονος χορηγετης,
Βασιλεως ο λυχνος μεν ηθ' ιδια,
Ο τιμιος μαργαρος (2) ου τουτου ψεφους
Καλυπτεται φευ λαρνακι νυν λιθινη,
Και νεκρος οιμμοι φενεται* παρ' ελπιδα.
Αλλ' ω βροτων σωτειρα, μητηρ του λογου
Δεχοιο τονδε προς μονας ουρανοιους
Θανοντα και ταφεντα προς τω σω δομω
Εξ χιλιοστου προπαρελθοντος χρονου,
Ισαις δ' εκατονταισιν ηριθμουμενου,
Και συν δεκαπεντεσιν ενναδι μονη.

Aliud in sepulchrum amirae Georgii.

Et quis tantum *est* durissimus ingenio
Circa frigidam flammam viscera aere-cudens,
Ut quidem guttas exhauriat lachrymarum
In hac calamitatis circumstantia?
Excellentissimus (1) ex dignitate,
Dux-exercitus terrae, clarus lucifer,
Pretiosa stirps *civitatis vel familiae* Antiochi,
Jucundus nitor Esperium,
Georgius miraculum universi,
Lux amice splendens christianorum generi,
Ignis comburens barbarorum multas civitates
Terrae et maris detinens robur
Ut fulmen cinerescens in fortitutine,
Portus communis miserorum,
Justitiae stabilis ponderator,
Omnibus existens largus donator,
Regis lucerna equidem at privatim,
Pretiosa unio non huius obscuritatis
Absconditur heu nunc urna lapidea,
Et mortuus hei mihi apparet praeter spem.
Sed o mortalium salvatrix, mater Verbi
Accipito hunc in mansiones caelestes
Mortuum et sepultum in tua domo
Sex millesimo, decurrente tempore,
Equalibus vero centenariis numerato,
Et cum decem-quinariis nona unitate.

(1) Ο πανυπερσεβαστος ουδ' ιμιαν υπηρεσιαν εχει: teste Codino, idest: *Panypersebastos nullam administrationem habet*; quare non ut pubblicum officium exercens habetur inter proceres imperii Constantinopolitani, sed ut princeps alios dignitate antecedens. Unde euonymus poeta *De dign. imp. Constant.*

Ο *πανυπερσεβαστος συγκλητου πρωτος*
Panypersebastos inter senatores primus.

Tale vero titulum numquam in curia regum Siciliae occurrit, sed Georgium nostrum *των αρχοντων αρχοντα principem principum* saepe vidi nominatum, et eius patrem *πρωτονωβελισσιμον primum nobilium.* Ex hisce mihi videtur, poetam nostrum ex similitutine rei optasse titulum proprium imperii constantinopolitani nostro dynastae; et ex ea causa ego in latina versione vocabulo *excellentissimi* usus sum.

(2) Verbum *μαργαρος*, quod nullum lexicon habet, inveni in Epigram. apud Allatium ne LIB. ECCL. GRAEC. in Fabrio. *Bibl. Graec.* Tom. v, p. 28.

Ετερον εις ταφον της γυναικος αυτου κυρης Ηρηνης.

Και τις τοσουτον καρτερος την καρδιαν
Ως τ... παρελθ...... θ... μεν δακρυσας (1)
Την παντιμον γαρ εκ βιου και του γενους
Τ............... εν.... φημ...... ολων
Λαμπραν Ηρηνην συζυγον Γεωργιου
Του πανσοφου αρχοντος αρχοντων ολων
Το σεμνον ηθος, τον πολυτιμον λιθον
Μικρος λιθος φευ συγκαλυπτει τω ταφω (2),
Και χους μεν αυτης κρυπτεται νυν τω ταφω:
Αλλα ψυχην φερουσιν αγγελων χειρες,
Ως αρετων εσοπτρον, ως θειον τυπον.
Και χουν μεν αυτης εσχεν ευτελης ταφος,
Και χους μεν αυτην, ως ορας, εχει ταφος.
Εφνηδιως *αρπυα χαλεπη ποτμου
Αωρον αφηρπαξεν αδεινου παθους,
Κ'ενταυθα συνεκρυψεν, ως νεφει, λιθω
Τον εν γυναιξι λαμπρον αλλον φωσφορον,
Την μαλλον αστραψασαν ανθρακος λιθου,
Την κατακοσμον αρετων ταις ειδεαις,
Τον ευγενους ορπηκα δενδρου και κλαδον,
Ειρηνικον ζησασαν Ειρηνην βιον,
Ην γαμετην εσχηκεν πανφλεστατην
Γεωργιος, φρονησις, ακρα, και γερας,
Αρχοντικων υπατος, αρχων ταγματων.
Και πραεων ωκησεν γην ως ειρηνη,
Αιει χορευων προς μονας ουρανοιους. Τελος.

Aliud in sepulchrum uxoris eius dominae Irenes.

Et quis tantum durus corde
Ut..................... lacrimans
Onore enim dignissimam propter vitam et genus
.... omnium
Illustrem Irenem coniugem Georgii
Sapientissimi archontis archontum omnium,
Onestum morem, pretiosissimum lapidem
Parvus lapis heu occultat sepulchro,
Et pulvis quidem eius tegitur nunc sepulchro:
At animam gestant angelorum manus,
Ut virtutum speculum, ut divinum exemplar.
Et pulverem vero eius habet humile sepulchrum
Et pulveris vero eam, ut vides, habet sepulchrum.
Repente Arpya aspera fati
Intempestive rapuit laborioso morbo,
Et hic occuluit, tamquam nube, lapide
Inter muliere clarum alium luciferum,
Magis splendentem carbunculo lapide,
Ornatam virtutum speciebus,
Nobilis germen arboris et ramum,
Pacificam viventem Irenem vitam,
Quam uxorem habuit illustrissimam
Georgius, prudentia, vertex, et decus,
Archonticum eximius, dux exercituum.
Et mitiam habitat terram in pace,
Semper exultens in mensiones caelestes. Finis.

(1) Detrita membrana legere haud permisit verba, quae punctis signantur.

(2) Vix credo, versus 9. 12. 13. inscriptos in more fuisse omnes; eamdem enim sententiam verbis paulo mutatis exhibent. Ad exercendum ingenium puto alios addidisse auctorem.

An. 1167.

Post diploma n. IX signatum pone instrumentum ineditum ex originalibus capellae membranis exscriptum, et a me latino sermone versum. Nesciu quo pacto illud fugerit claris. Morso, Galcae enim regionem illustrat. Nectitur vero sequenti n. X notato; eiusque difficultates explanat. Notarius Calocyrus scripsit, a quo in nostro tabulario duo alia extant exarata instrumenta an. 1169 et 1170, hunc consuevisse a mense septembri, unde indictio sumebat exordium, anni initium ducere constat ex hoc diplomate, signatur enim de mense decembris, et laudatur in mense martii. Vide quae scripsimus de ratione numerandi annos in nostro opere VITA DI GIOV. DI PROCIDA. Huius diplomatis ita scribe titulum: *Avanella de Petralia vendit domum in Galca Ansaldo praefecto arcis superioris.* In inventario an. 1310 sic designatur: *Item scriptum unum grecum domus que est in Kalca quam emerat dominus Ansaldus quondam castellanus Palatii.*

† Σεγνον χρ. αβανελλ. της Πετραλιας
† Σεγνον χρ. Γιλιας συμβιου αυτου
† Σεγνον χρ. Αρδουιν υιου αυτων
† Σεγνον χρ. Ρομπερτ. υιου αυτων

Ο τον τυπ. τιμιου και ζωοποιου σταυρου ιδιοχρ. ανωτερω καθυπογραψ. εγω Αβανελλ. της Πετραλιας ομολογω, ως οτι ηδια μου βουλη, και εκουσια προαιρ. χωρις δολου, και χλευης,

† Signum manus Avanellae de Petralia
† Signum manus Giliae uxoris ejus
† Signum manus Arduini filii eorum
† Signum manus Roberti filii eorum

Signum venerandae et salutaris crucis propria manu suprascribens ego Avanella de Petralia profiteor, quod propria mea voluntate, et voluntaria electione, absque dolo, et deceptu, aut pravitate,

